



Boehmer Trage. 1798 nr. 1 d ist hinter } eingeklemmt  
1798 nr. 4 b statt " }  
" nr. 1 e }

"

"









1  
1796  
100

D. GEORGIUS RVDOLPHVS  
BOEHMERVS

FACVLTATIS MEDICAE WITTEBERGENSIS

H. T.

DECANVS

DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

DIE XX. MENS. DECEMBR. MDCCXCVI.

H. L. Q. C.

HABENDAM

INDICIT.

---

*De Rebus naturalibus, Vermibus praecipue Intestinali-  
bus fictis iisdemque cum Infarctu comparatis.*

SPEC. I.

D. GEORGIVS RUDOLPHVS  
BOHMERVS

MASTRII MENSES NOVEMBERIS

M. D.

DECVS

DISSERTATIONEM IN AGRICULTURA

DE RE RUSTICA

AVTHORE

FRANCISCO

BOHMERO

Dr. Georgius Rudolphus Bohmerus  
Magister in Agricultura





*Nostris manibus in rerum natura quasi alteram naturam efficere conamur.*

CICERO de Nat. Deor. L. II.

**D**ecipiuntur saepe ab aliis, immo aliquando se ipsos decipiunt  
Historiae naturalis cultores, dum eiusmodi res exhibentur, quae  
vel in rerum natura non existunt, vel arte factae sunt, vel denique,  
essi naturales sunt, alienis tamen atque falsis nominibus insigniuntur.  
Atque eiusmodi fraudes nunc ex ignorantia, nunc ex avaritia non  
solum antiquiori, sed et hoc recentiori tempore commissas fuisse,  
multis admodum declarari possent exemplis. Nolumus autem ea ad-  
ducere, quae in Veterum scriptis delineantur describunturque ficta  
animalia et vegetabilia, ad nostra tantummodo attendamus tempora,  
easdemque fraudes nunc usque frequenter inueniri, ex HERMANNI  
Progr. de nouis in Hist. nat. commissis erroribus, Arg. 1790. edito  
et magna ex parte BALDINGERI *Neuem Magaz.* Vol. XIII. p. 428. in-  
festo, declaremus, qui scripsit: Colligere coepi, quae passim inter  
legendum se obtulerunt exempla, aut sublestinissimae fidei, aut plane  
falsarum, aut parum modo verarum rerum, quae tamen a doctis,  
diligentibus, aequalibus illorum temporum, quos in his laudat CICE-  
RO de Diuinat. L. I. c. 20. prodita sunt; et in fine pergit: ut adeo  
in illa seculi nostri saepe inuerecunda scribendi libidine tanto magis  
summa cura adhibenda sit, ne, ut in errorem deducamur, quanto  
magis



magis probabilium etiam auctorum testimonia accepta fallere possint. Recensuit dein ea, quae Ipsi falso attributa fuerunt, e. gr. Pisciculus Spierlein dictus, Limex lectul. alatus, a GMELINO in Linnæi Syll. Tom. I. P. 4. p. 2133. memoratus, Sebum in aqua inventum et s. p. Quam multa sint in regno vegetabili adhuc dubia et fallacia et quantum sit auctorum dissensus in constituendis varietatibus, speciebus et generibus vel vnicò Peloriae exemplo declaremus, quae a LINNÆO in Amoen. Vol. I. p. 55. ut genus proprium atque distinctissimum habita fuit; verum nec proprium, nec constans est genus, sed proles hybrida et degeneratio monstruosa floris, in quam inclinatur Antirrhini genus prae aliis. Sic quoque se ipsum fecellit IANVS PLANCVS, potius BIANCHI, qui Conchas minus notas in peculiari tractatu descripsit, harum enim multas, neque testas, neque ouula Conchyliorum, sed nodos Equiseti foetidi sub aqua repentis C. B. fuisse, eosque a maris undis, dum illae paludes occuparunt, abreptos iterum in mare rediisse, declarauit GIANNI in Opere postumo Tom. II. p. 13. vid. etiam *Neue Mannigfalt. 2r Jahrg.* p. 24. Idem BIANCHI semina cuiusd. Passerinae pro Conchis habuit; errorem vero Ipse cognouit. Sic quoque MILES Bidentis semen tanquam nouum animalculum aquaticum exhibuit vid. BLUMENBACHII Bibl. Voll. II. p. 685. In nullo autem Naturae regno tam copiosa subleste fidei prostant exempla, quam in minerali; hocque nuper admodum libere fassus fuit KARSTEN in Tract. *über das Harzer - Buttermilch - Erz*, sequentibus. *Die Seltenheit mancher Körper des Naturreiches gehört zu den hauptsächlichsten Schwierigkeiten, welche sich uns bey aller Bemühung, selbige genau kennen zu lernen, darstellen. Auf der einen Seite ist es theils mit*  
großen






großen Kosten verknüpft, bekehrte Exemplare davon zu bekommen; auf der andern aber benützen nicht selten gewinnsichtige Leute den Mangel daran auf Unkosten der Liebhaber bloß zu ihrem Vortheile, und spielen diese Dinge unter ganz falschem Namen in die Hände; et de corporibus mineralibus in specie pergit: *Es kann nicht auffallend seyn, warum gerade die Sammler und Liebhaber der mineralischen Körper sich so oft noch bis auf den heutigen Tag sowohl durch gewissenlose als haabsüchtige Stufenhändler, als auch durch praktische Grubenofficianten betrogen oder getäuscht sehen.* Vid. *Neue Schriften der Naturf. Freunde zu Berlin*, Vol. I. p. 215. *Vera haec esse, in genere a KARSTENIO dicta, non solum mineris ipsiis, sed et aliis, ad regnum minerale pertinentibus rebus, comprobari facile poterit. Aurum factitium a genuino difficile et non, nisi per Docimasiam potest distingui. Aurum vegetabile, siue in Uvis Vitis repertum tale non esse, facile apparuit, qualis autem sit materies diu ignotum fuit. Existimavit quidem RAYMANNVS miculas illas, pro Auro habitas, nihil aliud esse, quam ipsum Vuarum perfectiorem succum, qui, dum per acinorum pelliculas, colore fuluo perlucens, transsudat, feruore solis in gummosam inspissatur substantiam.* vid. *Ephem. Nat. Cur.* Vol. VI. obs. 129. pag. 248. Verum neque ad regnum vegetabile pertinet, sed animale; Clar. enim BORNIVS aperte docuit, granula illa, aureo colore splendentia, Cimicis cuiusdam oula esse. Vid. *PALLAS Neue Nordische Beyträge*, Vol. I. p. 158. Illud quoque Aurum, quod ex Vitis ramis SAGE, ROUELLE aliique separarunt, non in vite praexistisse, sed in plumbo, quod ad separationem adhibuerunt, latuisse, notarunt alii. Vid. *CRELLII Neue Entdeckung*, Vol. IX. p. 153. et *Annalen* 1784. p. 432.

DUMM

\* 3


HVM.






HUMBOLDTI Aphor. aus der Chem. Phys. der Pflanzen p. 5. et HEDWIGII Zusätze p. 134. Sic quoque Aurum in Anatibus inuentum, vid. Eph. Nat. Curios. Dec. I. Ann. 6. obs. 194. et Cent. VIII. obs. 49. non in iisdem natum, sed ab iisdem deglutitum fuit. Lepida erat fabula de aureo dente in Puero Silesiae enato, cuius historiam edidit HORSTIUS 1595. Erat autem naturalis dens, folio Auri obductus. Ita et STOBÆVS in macinata Vacca et Capreolo omnes dentes molares inauratos vidit; hunc vero colorem non ab Auro, sed ab aliis causis deriuauit. vid. Act. Litt. Suec. Vol. III. p. 83. et CRELLII *Neu Archiv* Vol. I. p. 279. Plura de Mineris Auri et Plumbi minus recte definitis leguntur in COLINI Tract. de Incertitudine Hist. Nat. in cognitione minerarum metall. inserta Comment. Acad. Theodo. Palat. Vol. II. p. 497. et ex his in *Neu Hamb. Magaz.* Part. 51. p. 195. Mineras quoque pro Platina forsitan venditas fuisse, legimus in CRELLII *Neuen Entdeckung.* Vol. IV. p. 270. Occurrunt in aliis quoque fossilium classibus eiusmodi suppositicia atque falsa. Dolosae artis fraudes et non nisi ab oculatissimis cognoscendas cum Succino commixtas fuisse, neminem forte latet, et a SENDELIO multis confirmatae fuerunt exemplis. In Splendido enim opere de Succinis et quidem in Auctario Cap. II. p. 250. egit de falsis et artefactis inclusis et §. 4. scripsit: vix natura domina nobilia sua Succina, variis bestiolis grauida, hominibus admiranda concesserat, cum pro genio quisque suo de imitando illius opere cogitaret et ad effectum deduceret. Eiusmodi varias suspectas fectasque glebas descripsit, et ad easdem illas §. 17. retulit, quae perfectiora animalia inclusa tenent; falsusque §. 19. fuit, cognitionem inter naturae et artis opera esse difficillimam, huiusque





iusque fraudis modum non semper eundem, sed admodum varium esse docuit. Ipse SENDELIVS glebam, Ranam includentem, duobus aureis redemit, quam tamen arte factam fuisse, accurato examine cognouit §. 25. SCOPOLI, dum minerale, *Haarvitriol* dictum, prima vice cognouisset, illud pro incognito atque nouo habuit, hinc et eidem, nouum nomen imposuit et Halotrichum appellauit, monuit vero HACQVET, illud haudquaquam nouum esse, potius, addamus Eius verba: *Aller Orten, wo es Strahlkiesle giebet, wächst auch dieses herfür, und sein Halotrichum kann nichts anders seyn, als ein schwacher Eisenvitriol.* vid. *Neue Schriften der Naturf. Ges. zu Berlin*, Vol. I. p. 206. Lapidis pretiosos arte imitari posse, nunc notissima res est. Tesserae Badenses an artificiales, an naturales sint, disputatur. ALTMANNVS priorem defendit ortum, probabili admodum ratione, in *Exercit. de Tess. Bad.* 1750 ed. De lapidibus fabulosis egit copiose LESSER in *Lithotheol.* cap. 7. §. 602—685. et DENSO *Plysf. Briefe* Vol. I. Ep. 12. et praeter alia huc retulit Unicornu fossile, Lap. Arachneol. Glossopetram, Aetiten, Hysterolithos. etc. Hysterolithi arte facti, Neapoli in castello nuono visi, memorantur in *KLAVTII Reise nach Italien.* vid. *BALDINGERI Neu Magaz.* Vol. V. p. 190. Alia duo petrefacta ad spuria retulit SCHAEFER; scilicet vnum, cui litterae inscriptae esse videbantur, atque alterum, quod canis imaginem quodammodo repraesentabat; et ideo quidem pro falsis habuit, quia in priori litterae non insculptae, sed eminentes fuerint, alterum propter similitudinem eiusdem cum quopiam animali propter nimiam paruitatem. Ortum vtriusque ex pluuiis, sabulum ita paulatim lapidibus apponentibus, vt diuersae enascantur figurae, deducere voluit, vid.





vid. *Abhandl. der Churfürstl. Bayerischen Acad.* Vol. I. P. 2. p. 211. Hinc idem forsitan statuendum, de omnibus illis lapidibus, quibus litterae, aliaeque mirandae figurae, e. gr. Passio Christi, Eques cum asino et s. p. inculptae inveniuntur. Ad hos certe etiam referri debet Silex, quae monetam inclusam continuit et de qua copiose egit DENSO *Phys. Bibl.* Vol. I. p. 458. An ad lapidum, an ad aliam mineralium classem pertineant illa curiosa, quae a Lib. Barone WITRY aliis ostensa fuerunt, et in *Ieu. Litt. Zeit.* 1796. no. 73 commemorantur, determinare quidem non possumus, de iisdem tamen HELLER *Intell. Blatt.* no. 102 fatetur, illa nec a se Ipso, nec ab aliis pro veris habita fuisse. Ultimo loco de BERINGERO Lithographia Wirceburg. ducentis lapidum figuratorum prodigiosis imaginibus exornata, quaedam adducamus, tanquam piarum fraudum documentum certissimum. De hoc Ipse Auctor in Prooemio p. 5. scripsit: Singulari providentiae nutu, quam flexo poplite gratus adoro, mons thesaurum aperuit, quo vno, ceu pleno copiae cornu, ea omnia continentur, quae inter aliarum Prouinciarum fodinas atque cauernas partita est. — — — hic denique, quod ceu supremum prodigium stupentes venerabantur mecum spectatores ad vnum omnes, tabellae characteribus latinis, arabicis, hebraicis, ac vna alteraue nobilior ineffabili Dei nomine, Iehova, insignitae et s. p. Cap. XI et XII. Ipse inquisiuit, an lapides idiomorphi, in opere delineati, artificiosa manu confecti, et casu in montem illati fuerint et p. 79 scripsit: Rumor ad me defertur, recenti manu et arte exsculptos mihi que fraudis ignaro venditos esse; Cap. XIII, autem contrarium defendere atque ostendere voluit, non esse supposititios. Et tamen res ita se habuit. Namque alii, BERINGERO infesti



infesti imagines variorum animalium aliarumque rerum lapidibus in-  
 sculpi curabant, et sub terra recondebant, tandemque artificia, qui-  
 bus ad BERINGERVM decipiendum vsi fuerunt, diuulgarunt. Atque  
 fraude sic tandem detecta, Ipse BERINGER omnia operis exemplaria  
 studiose collegit et in scriniis suis conseruauit; quae vero Eodem,  
 ex pudore atque moerore in florida aetate mortuo, Bibliopola ab hac-  
 redibus redemit, et nouo praefixo titulo opus denuo diuulgauit.  
 Prodiit haec secunda ed. Francf. 1767. Prima autem Herbipoli  
 1726. fol. De hoc opere conferri merentur HAHNII Orat. de scientia  
 naturali ab obseruationum et experimentorum sordibus repurganda  
 Traj. Rh. 1753. MARTII *Reise durch Franken*, p. 9 et 278. Qui  
 artefacta haec fossilia, Bambergae conseruata, Ipsemet vidit et de hoc  
 opere ampliorem historiam exhibuit. SCHROETERI *Journ. des Steinsch-  
 cher*, Vol. I. p. 15. alique ibidem citati auctores.

De Vermibus Intestinalibus eorumque comparatione cum Infar-  
 ctibus proxima occasione; nunc enim transcamus ad

CLARISSIMI ET NOBILISSIMI  
 CAROLI IMMANVELIS LICHTENBERGI


BELTITIO - SAXONIS,

MEDICINAE CANDIDATI

Commendationem, Eumque ad exercendam Medicinam egre-  
 gie se praeparasse, ex Eius vitae Curriculo adparebit.

*B*eltitiae a. d. XI. Calend. Ianuar. a. p. Ch. n. MDCCLXXV. natus sum  
 a Parentibus optimis, Patre THEODORO IMMANVEL LICHTEN-  
 BERG, Medicinæ practico et Pharmaceutico, Matre vero MARIA DO-  
 ROTHEA






ROTHEA ex gente HÄEBERLEINIANA oriunda. Quorum quidem Hanc ut adhuc inter vivos colere possim, gratissimo animo laetor; illum vero ante aliquot abhinc annos morte mihi ereptum esse, etiam nunc lugeo. Neque tamen ullum tempus ex animo meo cam delebit memoriam, quam Uterque summi cum pietate in me educando excolendoque diligentiam adhibuit. Hac enim factum esse lactissime recordor, ut cum iam infans idem, cui Pater deditus erat, studium diligere coepissem, et publicas et priuatas scholas Virorum optime de me meritorem frequentandi copia mihi fieret. Primus quidem fuit M. WINCLERVS, nunc Ecclesiae Beltitionis Diaconus, qui prima cultiorum linguarum rudimenta mihi tradidit; deinde vero Patruī LICHTENBERG, Claustris quondam, iam vero defuncti et M. KREVEL, Re-Foris Scholae Beltitionis curae traditus sum, quorum omnium, quam in me instruendo adhibuerunt, fides et diligentia tacite haud praeterenda est. Ipse autem Pater cum varia ratione ingenium meum exercuit, tum in arte pharmaceutica, ad quam praecipue animus propendebat, tradenda eam adhibuit diligentiam et curam, ut omnino nesciam, an hanc ob causam, an propter illud, quod Parenti cum liberis intercedit, vinculum, mihi carior esse debeat. Anni MDCLXXXVIII. mense Martio Grimum me contuli, ibidemque inter alumnorum scholae prouincialis numerum receptus maxime opportunam bona addiscendi occasionem nactus sum. Viri enim Amplissimi et Clarissimi AVEGEBE, HOPFEMANN, REICHARD, HOCHMUTH et RICHTER, ut coniunctis viribus, in alumnorum animis ad virtutis normam componendis, eorumque ingenii excolendis omne tempus consumere solent; ita me tot, tantisque beniuolentiae documentis sibi deuinxere, ut gratissima temporis illius recordatio etiam nunc animum adsciat. In primis vero per quinque, quos ibi exegi annos linguis cultioribus, Graecae praecipue, Latinae et Franco-gallicae adscitulis, et Mathematicis studio ita tempus impendi, ut reliquorum, quae ibi tradi solent, curam non omnino negligerem. Inde a MDCLXXXVIII. Virebergum me contuli, ibique a Virō Ill. KEVEGEL, sises tunc academiae tenente, in album literariae huius reipublicae inscriptus, legibus academicis me obtemperatum promissi. Hic quum intelligerem illorum munitis ad medicinae studium haud accedendum esse, Philosophiae, quantum licuit, operam dedi, eoque consilio Exc. KLOTZSCHII Logicam, Praec. GOERENZII, nunc Recloris Lycei Plauien-



Plautiensis, Psychologiam empiricam, et Icti KOHLSCHVETTERI Ius naturae, duce Schmalzio, tradentis, scholas frequentavi. Neque minus ei societati, quae duce Praec. CHARITIO, iam scholae Portensis Collega tertio, in scribendo, differendoque de rebus philosophicis sese exercebat, interfui. Exc. quoque EBERTVM, Mathematicam puram tradentem, neque minus Exc. SCHROECKHVM, historiam patriam enarrantem, audiui. Quum vero nihil potius ducerem, quam si statim ab initio generalem quandam medicinae studii notitiam mihi pararem; Exp. TITII Methodologiam et Encyclopaediam medicam tradentis scholas frequentavi; Eiusdem Patrem Venerandum in Physica tum theoretica, tum experimentalis ducem habui. Physiologiam plantarum Exp. quondam NVERNBERGER mihi tradidit, Cuius etiam demonstrationibus botanicis summa cum voluptate interfui. In Chemia et Pharmacia experimentalis Exp. TITIO usus sum magistro. Anatomiam omnem neque minus Physiologiam b. NVERNBERGER tradidit, Cui etiam in theatro anatomico cadavera dissectavi adfuit; ibidem quoque Exp. FRENZEL Anatomiam comparativam, cum Pathologia coniunctam tradentem audiui. Osteologiam et Angiologiam praeterea Exp. POSEWITZ, nunc in Academia Giessensi Prof. O. exposuit. Pathologiam Exp. TITIVS, Materiam medicam, Therapiam generalem et specialem Exp. BOEHMER, me docuerunt; viscerum in specie morbos eorumque curationem b. NVERNBERGER exposuit. Chirurgiam Exp. POSEWITZ, Traumatologiam vero b. NVERNBERGER tradentem audiui. Artem obstetriciam Exp. LANGGVTH, Medicinam forensis et politicam Exp. TITIVS mihi tradidit. Neque minus exercitationibus disputatoriis, quas Viri Exp. BOEHMER et TITIVS habuerunt et examinatoris, quas Hic instituit, ita interfui, ut iucundissimam aequae voluptatem, ac summam utilitatem inde perciperem. Caeterum haud tacenda est maxime honorifica mihi Viri Generosissimi DE LOBEL amicitia, cuius ille a longo tempore iam stabilitae signum etiam hoc esse voluit, quod, cum Adiuncti Facultatis Philosophicae Ampl. honores ambiret, socium me sibi in defendenda disputatione: de lege morali, quatenus absolute praecipiat, utrum digna sit nostra reverentia, nec ne? adiungeret. Mense autem Februario huius, quem agimus, anni examini, quod pro Candidatura vocatur, me subieci. Inde Ienam me contuli, ibique praecipue institutum clinicum, quod LODERI et HYPFELANDII cura regi-






regitur, frequentavi; ibique in ipsa aegrotorum tractatione, ea, quae Exp. Virorum institutione mihi erant tradita, adplicari ad omne fere morborum genus vidi. Hinc in patriam academiam redux, summos in utraque Medicina honores, ad quos ipso examine, cui me subiecti, via iam erat patefacta, petere haud dubitavi; qua venia à Gratioso Medicorum Ordine impetrata, ut decet, sum usus.

Idque eo lubentius fiet, quo luculentius in instituto examine cognouimus, Clar. Candidatum egregie in omnibus Medicinae partibus esse versatum. Huic vero solenni Actui dicavimus d. XX. Decembris, qua Praefide Excell. D. SALOMONE CONSTANTINO TITIO, Collega Honoratissimo, Diss. proprio Marte elaboratam

*de Diagnost. Sputorum in Phthisi*

publice ventilabit. Vos autem, ACADEMIAE RECTOR, COMITES ILLUSTRISSIMOS, PROCERES GRAVISSIMOS et BONARVM LITTERARVM PATRONOS, nec non CIVES GENEROSISSIMOS et NOBILISSIMOS, perofficiose rogamus, velitis huic Actui Vestra praesentia dignitatem celebritatemque adferre, a nobis autem omnia humanitatis officia vicissim expectare.






Wittenberg, Diss., 1796-98

ULB Halle 3  
004 335 902



f  
sb.









D. GEORGIUS RVDOLPHVS  
BOEHMERVS

FACULTATIS MEDICAE WITTEBERGENSIS

H. T.

DECANVS

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

DIE XX. MENS. DECEMBR. MDCCXCVI.

H. L. Q. C.

HABENDAM

INDICIT.

---

*De Rebus naturalibus, Vermibus praecipue Intestinalibus  
fictis iisdemque cum Infarctu comparatis.*

SPEC. I.

